



Universitätsbibliothek Paderborn

De Ervditione Religiosorvm

Humbertus <de Romanis>

Ingolstadii, 1591

VD16 H 5888

5. Sex docume[n]ta pro pugna contra diabolu[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50980](#)

simul & victoriam , & coronam. Idem: Over-
Epist. 1. cir- tuta pro Christo , & cum Christo pugna : in qua
ca finem il- nec vulneratus , nec prostratus , nec conculca-
lius. nec millies si fieri posset , occisus,fraudabe-
 ris à victoria: tantum ne fugias.Iacob.4.Resisti-
Epist. pri- te diabolo , & fugiet à vobis. Bernardus:Liben-
ma, parū à tius insequitur aduersarius fugientem , quān-
fine illius. sustineat repugnantem. Impugnatio quæ fit
 delitiis: vincitur fugiendo, 1.ad Corinth.6.Fu-
 gite fornicationem.

*Sex documenta quæ multum valent in
 pugna diaboli.*

C A P V T V.

ITem notandum, quòd sex sunt quæ in ha-
 pugna homini multum valent. Primum est
 vt tempestiuè arma accipiat. Aliqui tunc & pro-
 mo arma accipiunt, quando iam vulnerati sumi-
 Armorum acceptio , est ad tentationem præpa-
 ratio , excogitando modum resistendi tentatio-
 ni : quod ante temptationem est faciendum. Se-
 cundum est , vt ex ea parte qua debilior est ,
 magis à diabolo impugnatur , magis se munici-
 Si ad loquacitatem pronum se videat, magis ta-
 citurnitatem amplexetur. Tertium est, vt in lo-
 co vbi facilius potest resistere hostibus , resista-
 In loco alto & arcto debilis resistit forti : & pau-
 citas multitudini. In alto eminentis vitæ pone-
 re se debet: quod multis occupationibus faci-
 endum est angustum:vt hosti via non pateat. Ad
 portas etiam sensuum resistendum est hosti-
 Quartum est, vt inter eos qui sunt pro eo , & qui
 sunt

sunt contra eum, prudenter discernat. Cùm pe-
iores inimici quos habemus, sint proprius sen-
sus, & propria voluntas; contradictiones quæ
impugnant proprium sensum, & persecutio-
nes quæ impugnant propriam voluntatem, pro no-
bis sunt: fauores & applausus qui nos decipi-
unt, contra nos sunt, & ideo nobis sunt timendi.
Quintum est, vt repugnando, magis contraria,
quam similia eligat. Sicut aqua pugnat contra ignem: sic sapientia pugnandum est contra stultitiam, bonitate contra malitiam, amore contra odium, taciturnitate contra loquacitatem.
Sextum est, vt non inutiliter se fatiget in hosti-
um impugnatione, quando glorioius potest
vincere sine labore: qui modus vincendi perti-
net ad patientiam. Melior est patiens viro forti: *Pro. 16.*
Ne dicas, reddā malum pro malo. Expecta Do- *Ibid. 20.*
minum, & liberabit te. Liberabit, inquam, à la-
bore, & à periculo vindicandi te.

De temptatione pusillanimitatis.

CAPVT VI.

Circa temptationem pusillanimitatis, notan-
dum, quod s̄aþe cauſa pusillanimitatis est
complexio: quam etiam augent cibi, ex quibus
humores melancholici generātur. Augetur etiā
ex frequenti actu timendi. Auget etiam eam ni-
mium ieuniū, vel nimiæ vigiliæ, vel nimia fo-
licitudo studij, vel alterius modi. Et hostis calli-
dus quem pusillanimem cōspicit timore vano,
vult vel incitare ad malum, vel impedire à bo-
no. Illi verò qui temptationem pusillanimitatis
habet, utile est, vt pusillanimati non nimis ce-

K dat: